



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiariam, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

De Hailka propria Babenberg.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

3
FVND. MONASTER. ET ALIOR.
ADDITIONES.

De Hailla propria Babenberg.

OTTO Dei gratia sanctæ Babenbergensis Ecclesiæ indignus licet Episcopus, cunctis fidelibus. Notum esse eupimus, tam futuris quam presentibus, qualiter *Chuno de Horburch*. vna cum vxore sua *Adelheu*, quandam suæ proprietatis famulam *Heilkam* nomine, interuentu fidelium nostrorum tradiderunt super altare sancti Petri in *Babenberch* in presentia nostri, ea videlicet condicione vt tam ipsa *Heilka* quam omnis suæ posteritatis successio potiatur eo iure quod summi ministeriales Ecclesiæ *Babenbergens.* noscuntur habere. Quæ traditio vt omni æuo inconuulsa permaneat, presentem cartulam fecimus inde conscribi, quam & sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Quicumque ergo sciens eidem *Heilke* aliquam iniuriam vel violentiam fecerit, si correptus non correxerit, nec emendauerit, sed in nequitia sua perstiterit anathema sit. Huius traditionis testes sunt hi, de fidelibus ac ministerialibus nostris *Poppo de Aborn. Starker de Mittechindorf, Fridericus & frater eius Otto de Liuttenbach, Ezzo & Outto de Burgelin, Gundenloch, Pippin & Pillunc de Podelendorf, Ebo de Trebensdorf, Heinricus de Chuerbelenriuet, Wilbalm de Minegehausen, Rudolf de Osterhouen & frater eius Gotebolt, Ruediger de Ebringen. Berichtolt de Tetelingen, Rapoto & Dietmar de Poedingen, Hartlieb de Reichendorf, Ernest & Adelbrecht de Muchil. Chunr. de Maminsdorf, Chunrat de Vraha. Hartunc, Ludvveich & Adelbrecht de Meginuelt, Walchel de Islingen, Hartlieb de birlebez, Adelram de Mulhaim. Heinr. de Paumgarten.* Preter hos *Ligilbertus* Decanus, *Chun:* Custos, *Tuto* Magister, *Vadalricus* longus, *Eberhardus* Capellanus, *Voichmar* *Helmrich* de *Warza.* De ministerialibus siue fidelibus predicti *Chunonis* *Purchardus* de *Windesbach, Hartnit* de *Greifesbach, Eberhart* de *VVillenbach, Sigebot* de *Trennelin, Ludfrid* de *Litespach, Gernot* de *Butendorf, Karl.* de *Rostal, Eberolf* de *Hafela, VVolfstrigil* de *VVinezgor, Aribo & frater eius Friderich* de *VVartenberch, Sigefrid* de *Chaldorf, Berichtold* de *Svvaba, VVecil & Hertvveich* de *VVartenberch.* Anno dominicæ incarnationis M. C. XXXVIII. Indictione prima, X. Kal. Iunij, regnante *Chunr.* Rege primo anno regni eius in Curia *Babenberg* habita, feria II. post sanctum Diem *Pentecostes,* acta sunt hæc.

Donatio Ecclesiæ in *Chassen.*

Regenbertus Dei gratia Pat. Ecclesiæ Episcopus, vniuersis Christi fidelibus. Cū iustum sit quemcunque bonorum honestis religiosorum, occurrere votis, nos quoque fratres nostros *Osterhouen.* Deo militantes, debita benignitate amplectentes ex auctoritate domini Apostolici *Eugenij III.* & rogatu Domini *Eberhardi* Ven. *Babenberg.* Episcopi, cuius locus ille subiacet ditioni cum consensu cleri & populi nostri, Ecclesiam *Chassen* cum omnibus pertinentiis suis quæ nostri iuris erant, ipsis in legitimam possessionem contradidimus. Verum ne successores nostri vllum sui seruicij paciantur detrimentum, & possint nostrum calumpniari factum, sed & largitionis ipsius perpetuam stabilitatem atque firmitatem, accepimus ab ipsis in commutationem prædium *Rosbach* quod ab eis iure fuerat possessum. Igitur prædictam Ecclesiam eisdem fratribus vsibus ipsorum profuturum, auctoritate apostolica & nostra firmamus & stabilimus & ad indicium firmitatis hanc paginam sigilli nostri impressione munim⁹. Testes autem horum sunt *Marchio Engelbertus & frater eius Comes Rapoto, Hertvrich* de *Hagenaue, Pabo* de *Zulling. VVernherus* de *Wainesdorf, Otto* de *Mosen, Dierthus* de *Hals.*
Chunr.